



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Habacvc Propheta

Habakuk

Argentorati, 1526

VD16 B 3952

Siquidem multos contriuisti populos, omniq[ue] temeritate peccasti.

urn:nbn:de:hbz:466:1-35974

ANNOTATIONES.

tutum hoc Babyloniorum summa ignominia dehonestatum est. Cogitabant enim apud se perpetuum fore regnum, ac priusquam perpendarent, ecce in cinerem coniectum & redactum erat. Romant eiusdem item sententiae erant de regno suo, in ætherna enim secula permansurum arbitrabantur, cuius & pleraque tum argumenta tum consilia habebant, ast totum interiit. Nec hodie oculis meis elegatiora Dionysiana obuerfantur, quam illa, que Papa, Imperator, Princes, cum Deo suo Satana celebrant, quibus pro extinguendo Euangelio consultant. Quoties consilium illorum eravuit, et adhuc hodie errat, ut & palpariqueat, quo modo fiat iuxta Psal. Reges erigunt se, & principes consultant aduersus Christum. Dominus uero in cœlis deridet eos &c. Sed ideo non desistunt, etiam si in mendacijs & contumelias deprehendantur, ut omni no tandem in peccatis & ignominia sua intercant, id quod idem Psal. adfirmat. Iracius protinus exardescet,

Siquidem multos contriuisti populos, omnique temeritate peccasti.

Propterea, inquit forte ædificium tuum non proderit. Modum enim transgressus es, & Deus et homines aduersantur tibi propter tyrannidem tuam, qua uia destraxisti pellcm hominibus, eorumque ad te rapuisti bona atque. Habacuc hisce uerbis conscientia eius attingit, ut ille ira Dei perterreat. Quod enim ait multos contriuisti populos, peccati magnitudine idicat, quod nimis fecerit.

CA. III. M. LVTH. IN H A B A C V C

Et confractio siue contritio, significat, quod eos in bonis suis adflicxit, uictumq; illorum abbreviarit immi-
nueritq; at ipse modo locupletior fieret & habitatio
eius munitior. Quemadmodum illis accidit, qui heri-
libus seruitijs (quibus dies aliquot annuo dominis su-
is, uel neglectis domi sue rebus non sine maximo sui-
ipsorum, incommodo nullo precio inservire cogun-
tur) adeo adfliguntur, ut perferre nequeant, illis etiam
alimonia sua præripitur, tantumq; est, ac si à prædoni-
bus sic laderentur & cōfringerentur. Et quod ait, et
cum omni temeritate peccasti, Hebraice tantum ualeat.
Ethoc cum anima tua cōmisisti. Quod ita temere pec-
care est, ut mentem suam nō optimam quisquam in ho-
minere fociet, cui ex unice placet talcm exercere fa-
ustum, quasi anime, hoc est, uitæ sue imposta esset sceli-
citas. Ad quem etiam modum Ezechiel. 25. ait Phili-
stijm ulti sunt se ex animo. i.e. ex corde, ut temeritatē su-
am patient. Ita Exo. 15. Anima implebitur i.e. animi mei
affectionē in illis explebo. Eadem ratione, se gesit rex,
ubi quidam auaritiae & exactiōibus se se opposue-
runt & recusarunt, ita cum eis egit, ut animum suum
in illis reficeret, & solam suam libidinem expleret,
qualiter & iamnunc Episcopos nostros & tyran-
nos, suis cum pauperibus agere uidemus.

Nam & lapides muri clamabunt, &
laquearia contignationis responde-
bunt eis.